



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Faustinus Et Iovitam M. 15. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

15. Feb. VITÆ SANCTORUM. 115
rassent. Inter hæc celebrari ab accolis
concurrentibus cœpit, cùm passim ægri
venirent, sani redirent. Ipse Imp. Mar-
cianus familiariter usus viro fuit, & ad
Chalcedonense Concilium evocavit. Ibi
dum Patres præstolatur, & velut impo-
stor habetur, à columbâ cibum accepit.
Verbis deinde ac miraculis Christi divi-
nitatem & virginitatem Christi Matris
propugnat. Obiit denique longâ patien-
tiâ clarus, & vermes, cùm e putrido
vulnere exciderunt, loco suo reponere
solitus. Nos delicati vermium nomen
horremus, sed mortui baculo scilicet (ut
ille canes) abigemus. *Ex Metaphr.*

*Quid est parare viam Domini, nisi ad-
ventanti de celo Judici, purgato à vitiiis
pectore, simplicis cordis habitaculum præ-
parare? Quid est rectas facite semitas
ejus, nisi ut tales actuum tuorum tibi mu-
neas vias, quas perambula e propitius ve-
niens ad te Dominus delectatur? S. Ma-
xim. hom. 1. de S. Joan. Bapt.*

SS. FAUSTINUS ET IOVITAM M.

15. Februarij.

Sub annum Christianum C. XXXII.
cùm Brixienfis Pontifex Apollonius
motu tyrannidis fugâ subduxisset sese,
ne barbaro furori lacerandus Christi
grex pateret, meliores in locum Pastro-
res FAUSTINUS Sacerdos & IOVITA

H 2

Dia-

116 VITÆ SANCTORUM. 15. Feb.
Diaconus succedere. Certè animas suas
non multò post impendere gregi suo
non dubitarunt, cum memorabiles
prius pugnas edidissent, quibus non
modò Italicum Comitem sed Adria-
num ipsum Imp. quia imò ipsos Deos
triumpharunt. Solis enim Colossus a-
dorare iussit, hunc primò in carbones,
deinde in favillas redegerunt, filio suo
Phaëthonti posthac similem. Jam leo-
nes, leopardi, ursique virtutem in Pa-
storibus nostris horruerunt, & cum
prius carnifices, interque hos sacrificu-
m Saturni, Comitemque Italicum la-
cerassent, imperio Martyrum in silvas,
& nemora sua emigrarunt. Post tot vi-
ctorias etiam inter flammam cantare Pæ-
na placuit. Denique ubi per omnem Ita-
liam circumducti omnia theatra sangui-
ne suo pinxerunt, patria rursus excepit,
& gladio caesos coronavit. Fama obti-
nuit Angelos caelo ad victos devolasse
in carcerem, & sacram Eucharistiam
præsentibus Ministros adstitisse. Videris
Mariani, in quorum officium involeris,
cum ad aram servitis? Profectò aut mu-
neris huius vos non pudebit, aut Ange-
lis similes esse pigebit. *Ex Surio.*

*Cum Ecclesiasticis officiis ritè credatur
Angelorum semper adesse præsentiam, no-
stramque vigilantiam sive desidiã non
modò diligenter attendere, sed & superno
Iudici cuncta per ordinem nunciare;
quane*

15. Feb. VITÆ SANCTORUM. 117
quanto putamus adversus nos zelo morventur,
dum in conspectu illius nos irreverenter
sedere conspiciunt, cui ipsi tremantes as-
sistunt? S. Pet. Dam. l. 3. Ep. 8.

S. SIGEFRIIDUS EP. 15. Feb.

Liceat exclamare, ô mores! ô tempo-
ra! Quos nunc pellit Anglia fidei
Doctores, hos olim velut Colonias me-
lioies in orbem omnem mittebat, ea
demum fœdera cum regibus sancta esse
censens, quæ fides, quæ, quos dixi-
mus, feciales pepigissent. Ita Olaus Sue-
corum & Gothorum Rex præconem ver-
bi divini SIGEFRIIDUM impetravit ab
Angliâ, quem hodie rectius ipsa accerse-
ret. Socios ille traxit Unamannum, Su-
namannum & Vivamannum nepotes
suos. Poterat Insula deinceps Fortunata
dici, postquam hi heroes ad illam appul-
si sunt. Certè beatum se putavit, qui In-
sulæ præfectus erat, cùm inter sacra à
SIGEFRIIDO tolli in altum non jam
panis umbram, sed augustâ specie pue-
rum vidit; moxque pueri hujus mani-
bus manus dedit. Non incruenta tamen
victoria SIGEFRIIDO fuit. Cæsi tres nepo-
tes moerore temperarunt triumphum.
Cæterum dum ponè stagnum obambu-
lat, tergeminum lumen videt; hoc indice
urnam; in urnâ capita tergemina. Hic
vero vindictam clamanti SIGEFRIIDO,

H 3

vin-